



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XLVII. Hereditoria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

donationes, cessiones, iudicia, obnoxiationes, commutationes, seu quod per ceteras scripturas ad eum peruenit, deinceps permaneat in suo iure & dominatione absque refragatione.

XLVI. HEREDITARIA.

DUlcissimæ filiaæ meæ illi, ille. Dum non est incognitum, sed per populum deuulgatum, & patefactū, quod ego in ancilla mea nomine illa te generavi, & postea ante domnum illum Regem, iactante denario, secundum legem Salicam te ingenuam dimisi, & tu minime in hereditate mea sociari poteras. Propterea ego hanc chartulam hereditariam in te fieri, & adfirmare rogavi, ut si Dominus iusserit, quod mihi in hoc sæculo superstes appareas, de omnibus reb. meis, tā quod ex alore paretum, quam ex

S

meo contractu mihi obuenit, in hereditate succedas, tam terris, man-
fis, domibus, ædificiis, mancipiis,
accolabus, vineis, syluis, campis, pra-
tis, pascuis, aquis aquarumue decur-
sibus, in quibuscumque pagis, aut
territoriis, seu agris vel omnibus lo-
cis, vbi habere videor: etiam pecu-
lium, præsidium vtriusque generis
& sexus, aurum, argentum, drapalia,
mobile & immobile, quicquid dici
aut nominari potest quantumcum-
que moriens de meo dereliquero,
in omnium rerum mearum here-
ditate apud germanos tuos, filios
meos succedas, & æqualentia inter
vos exinde diuidere, vel exæquare
faciatis: & quod ad partem tuam
exinde recipis, quicquid exinde fa-
cere volueris, liberam & firmissi-
mam in omnibus habeas potesta-
tem faciendi. Si quis vero, &c.